ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Magnifice et Amplissime Domine, Maecenas plurimum suspi-
ciende, Urgent me Domini Deputati vestrae ecclesiae,
urget quoque propria mentis fluctuatio ad abrumpendam deli-
berationem definito consilio. En quod definiti sic in-
clusum est. Antequam Dnis Deputatis tradatur, judico
Clementissimo meo Principi ac Domino deberi â me hoc hono-
ris, ut voluntati eius denuo subjiciatur. Si ita quoque
M. T. judicat, suo id fiat ore submissé peto. Sin ita
fieri non opus videtur, aut postquam ita factum fuerit,
per famulum quaeso ad Dnum Lootium veniat. Si denique
M. T. summa erga me benevolentia privatim aliquid
consulendum prius suggerat, avidé expectabo, salutem
vestram meis apud Deum precibus quotidié operaturus.
Monasterij Batavorum 12 Martij 1638

M. T.

Devotus cultor

Casparus Streso

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1815

Magnifico, Amplissimo Spectatissi-
mo ac Consultissimo viro, Do-
mino N. Hugenio Domino
de Zulighem, Illustrissimo Princi-
pi Auraico à Consilijs et secre-
tis, Domino ac Mecenati suo
suspiciendo.

Hagæ

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1815